





*Q. B. V. D.*  
CONSENSU  
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS  
IN  
ILLUSTRI ACADEMIA LIPSIENSI  
AD  
VENTILATIONEM PUBLICAM  
DISPUTATIONUM XXIX.  
**CONTROVERSIARUM  
SELECTARUM**  
**J U R I S**  
**NATURALIS ET GENTIUM,**  
**PUBLICI, CIVILIS, FEUDALIS**  
**ET CANONICI,**  
*DIE SATURNI*  
HORIS ANTEMERIDIANIS  
SUSCIPENDAM  
**IN COLLEGIO JCTORUM**  
*GENEROSSISSIMOS AC NOBILISSIMOS*  
**JURIS CULTORES**  
EA, QUA PAR EST, HUMANITATE  
INVITAT  
**D. LUDERUS MENCKE, P.P.**  
SUPREMÆ CURIÆ PROVINC. ET FACULTAT.  
JURID. LIPSIENS. ASSESSOR.  
LITERIS IMMANUELIS TITII



**V**erris, impudentissimi deprædatoris, audaciam quando  
 notat Cicero, (a) eum palam dictitatæ ait: Pupillos  
 & Pupillas certissimam esse Prætoribus prædam. Scilicet  
 inveterata hac vox conveniebat homini ex suo in-  
 genio Magistratus judicanti, & institutum humana divi-  
 naque jura iolandii factis scelerestissimis prodenti. Nam  
 defensionem inpuberum, præmaturo Parentum fato  
 impeditam derelictamque, Numinis suscipit Providen-  
 tia & Resp. acerbitate pœnarum rapaces aliorum manus  
 continer, cupiditateatque, ex avaritia fontibus deri-  
 vata, justis coercent frenis.  
 Erris, impudentissimi deprædatoris, audaciam quando  
 notat Cicero, (a) eum palam dictitatæ ait: Pupillos  
 & Pupillas certissimam esse Prætoribus prædam. Scilicet  
 inveterata hac vox conveniebat homini ex suo in-  
 genio Magistratus judicanti, & institutum humana divi-  
 naque jura iolandii factis scelerestissimis prodenti. Nam  
 defensionem inpuberum, præmaturo Parentum fato  
 impeditam derelictamque, Numinis suscipit Providen-  
 tia & Resp. acerbitate pœnarum rapaces aliorum manus  
 continer, cupiditateatque, ex avaritia fontibus deri-  
 vata, justis coercent frenis.  
 Unde tantis cum vigiliis pro servando pupillorum mi-  
 norumque patrimonio desiderant Legislatores, ut curam hanc fibi quodammodo pro-  
 priam fecisse, fructum laboris autem ad illas opes indigentissimas personas pertinere vo-  
 luisse existimatur. Sed, quia favor in miseria herentium ita est temperandus, ne in-  
 specie iniustitia degeneret. a.e. 6.X. d. donat. int. Vr. & ux. haud indigna vide-  
 tur lima accuratiore *Opinio, que emtore rerum pupillarum minorumve, prætermisso in alienationem decreto,* quoties illud jura expo-  
 scunt, pretiū soluti, & in pupillorum minorumve utilitatem versi,  
*jacturam facere cogit pupillis minoribusve, ex dominio adhuc salvo, bo-*  
*na sua a posseſſore vindicantibus.* Ubi a partibus neganturflare,  
 (b) quād affirmantium vestigia premere, malo. Atque hanc tentientiam amplexa  
 est *Facult. Jurid. Lips.* respondendo *Mens. Nov. A. 1703.* ad confut. F. P. B. gii E. & pronun-  
 ciando *Mens. Mar. b. A. 1706.* Nam (I) generalis Regula Juris, quæ Naturæ æquum  
 esse censet, neminem cum alterius detrimento & injurya fieri locupletiorem. l. 206. ff. d.  
*R. J. l. 14 ff. d. cond. ind.* etiam in pupillis & minoribus suum tutetur locum; hinc ex do-  
 lo tutoris pupilo quaestita restitutione sunt obnoxia. l. 3. ff. quānd. ex fact. tutor. vel curat.  
 & ipse dol. exceptione repellitur, quatenus res legitime non alienatas repetit, & simul  
 lucrum ex damno alieno captat. l. 13. §. 1. ff. d. reb. cor. qui sub fru. vel cur. sint. (II) Quo-  
 ties absque decreto prædia minorum sunt permutata, atque hi rei vindicatione eadem  
 persequuntur, ab iisdem, fundo recuperantibus, mutua restituſio acceptorum exi-  
 gitur. l. 4. C. d. præd. & al. reb. min. &, circa ullam distinctionem, inter emtorem, qui  
 rem

(a) CICERO *Orat. VI. in Verrem.*

(b) Cons. JACOB CUJAC. adt. C. d. præd. min. inf. MEV. ad *Jus Lubec. L. 1. s. 7. art. 10.*  
*n. 7. LAUTERB. differt. d. Aliena. rer. que minor. sunt. ib. 35. PETR. MULLER.*  
*ad Struv. S. 7. C. Ex. ji. th. 85. lt. E. CARPZ. P. z. C. El. n. d. 29 n. 6. sq. DN. SWEND.*  
*ad Eckbölz. i. d. reb. corum, qui sub tut. §. 2. verb. reivindicatio. JOH. VOETIUS. Com-*  
*ment. ad π. d. i. §. 10.*

rem emtam esse minoris scivit aut ignoravit, adeoque in mala vel bona fide fuit, pecuniae, qua in minorum utilitatem cesit, restitutio imperatur. *I. 16. C. d. præd. & al. reb. min. l. 10. l. 14. C. eod.* lege itaque non distingvente nec nobis distingendum est. *a. 1. 8. ff. d. publ. in rem acq. j. N. 18. c. 5.* quamvis in eo diversitatem jura agnoscant, quod bona fidei emtori insucepti conditionem tribuant, & ab ista mala fidei emtorem, excludant. *l. 1. l. 2. l. f. C. si quis ignor. rem min. eff. fin. decret. compar.* (III) Cum à creditore, dolo malo, fundus oppignoratus est venditus, emtor mala fidei, in subfidiū conventus, pecuniam cum usris, quanti fundus venit, consequitur. *l. 1. C. f. vend. pign. agat.* Oeconomus, qui rem Ecclesiasticam distractix, emtor ex sua substantia satisfacere jubetur. *N. 7. c. 5.* alienator rerum, sub onere restitutiois e.g. ex fideicommisso, questiarum illi, qui sciens gravamen, eas comparavit, ad pretium reddendum obligatur. *l. f. §. f. C. Commun. de legar.* Quare igitur emtori bonorum pupillarum, licet in mala fide sit, reposcenti pretium, in ulpi pupillares versum, haud faveamus, cui jastrum illius Legis dispositio haud injinxit; si quidem sine manifesta lege privationis penam statuere non permittitur. *N. 2. c. 3.* Maxime quoniam & pupilli cum alieno danno locupletarentur & emtores, absque omni iuri subfido, relinquenterunt, re & pretio excedentes; neque enim emtor mala fidei evitacionis nomine adverfus tutores regrefsum habent. *a. l. 27. C. d. v. El. l. 7. C. commun. urr. jud. l. g. C. d. præd. & al. reb. min. l. 5. C. d. legib. l. f. C. simaj. sait. al. (c) cen pron. in Fac. Jur. Lips. Mens. Mart. A. 1702.* Sed qui in contrariam abeunt Sententiam Dd. urgent primò generalitatem *l. 7. C. d. agric. & cens. j. l. jubemus. 14. §. 1. C. d. Sacro Sanct. Ecclef. N. 7. c. 5.* quandoquidem rusticos censitosque Servos sine prædii ementes pretium amittunt, quod dederunt, & in mala fide esse dicuntur, qui contra legum interdicta quicquam mercantur. *d. l. 7. eccl. sifas* ficas autem res quo compararunt, pretio cadunt, idque in Ecclesiæ commoda convertitur. *d. l. 14. §. 1. d. N.* Enim vero, in casibus hifice specialibus, indubitate est Legum, amissionem pretii definitum, constitutio, que ita simul emtoribus consulti, ut illis, contra illicitam alienationem suscipientes, actionem quandam ad indemnitatem pollicentur, & emtori, de quo agimus, non aquæ prospæctum est, legumque norma, qua privationem pretii inducat, destitutum. Secundò *l. 10. l. 14. l. 16. C. d. præd. & al. reb. min.* dissentientes de meritis emtoribus b. f. explicit, cum tamen emtores rerum, de quibus acquirendis agunt, venditorum qualitatem indagare possint & debeant, ac toties, quoties rem minorum effe noverunt, in mala fide verari patentur. *a. l. 7. C. d. agric. & cens. l. 1. C. si quis ignor. rem min.* proinde frustra hic conjecturam b. f. capimus, ubi m. f. presumto multò fortior enascitur. His de Quaestione, in Foro haud ignobili, præmissis, instituti merito sum memor, quod est, *Viros Juvenes*, ad Similitudinem Majorum & Rei. Ornamentum contendentes, producere, quo suas experiantur vires, industria, & que Iuri Naturali, Gentium, Publico & Privato, tam Civili ac Feudali quam Canonico, impensa fructum exferant, & laudatissima emulatione, ad sollicitudinem pro multorum Salute se componant. Quorum ardor, constanter alacriterque entendi ad fastigium solidæ Eruditionis, incitamentum milii prebuit, ut *Controversias meas, ex Vario Jure Selectas*, denuo Publicis Disputationibus, Diebus, qui pro Valvis publicis indicabuntur, fumerum excutendas, & quidem hoc Ordine, quem Sors cuique, crita prejudicium, dedit. Nimurum defendet.

DN.

Diff. CHRISTIN. Vol. 3. Dec. 174. n. 6. seq. JUSTUS MEIER. Colleg. Argent. l. 27. r. g. §. 12.  
HEINR. HAHN. ad Weſenb. t. d. reb. eor. quis sub tutel. n. 5. RICHT. Dec. 13. n. 12.  
ANT. PEREZ. ad Cod. t. d. præd. & al. reb. min. n. 11.

(c) BERL. P. t. Concl. 24. n. 73. BOER. dec. 30. conf. JOH. VOET. ad π. t. d. Epist. §. 32.



- Dn. Johannes Christoph. Katte, Eqv. March.  
Brand. Jur. Nat. & Gent. Disp. I.II.III.
- Dn. Joh. Christophorus Straus. Freyberg.  
Jur. Publ. Disp. I.II.III.
- Dn. Heinricus Friedericus ab Ende. Eqv.  
Misn. Jur. Civ. Disp. I.II. III.
- Dn. Christophorus Bernhardus Katte, Eqv.  
March. Brand. IV.V.VI.XIII.XIV.XV.
- Dn. Johannes Abraham Rothe/Lips.  
VII.VIII.IX.X.XI.XII.
- Dn. Christianus Friedlieb ab Oppel. Eqv.  
Misn. XVI.XVII.XVIII.
- Dn. M. Joh. Friedericus Hoeckner, Stolberg.  
J.U.Cand.Jur.Feud.Disp. I.II.III.
- Dn. Johannes Ludovicus Nicolai, Dresd.  
Jur. Can. Disp. I. II.

Quemadmodum verò ipsi Respondentium vices gerent, ita quoque in opponendi munere suam ostendunt promittitudinem, Commititoniibus aliis subinde adsciri. Vos igitur, Generosissimi atque Nobilissimi Jurium Cultores, quibus voluntati est. Virtutum omnium exempla intueri, estimare, & in felicis incrementi occasionem rapere, animis auribusque favere in publicum prodituri & differendo studiorum Specimina affectui Veftro commendaturis. Siz Vos jucunda aliquando Commititii recordatio, Rei P. clavo aliisque curis salutaribus admotos, delectabit, evincetque quantæ sit utilitati, per velitationes ingenii, ad triariorum decus & judicii vim, Publico Bono, emeritis.

P.P. Feriis Paschalibus. A. M. DCC VI.



Ung VI 3

10 18  
13 17



Q. B. V. D.  
 C O N S E N S U  
 MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS  
 IN  
 ACADEMIA LIPSIENSI  
 AD  
 IONEM PUBLICAM  
 TIONUM XXIX.  
 OVERSIARUM  
 ECTARUM  
**R I S**  
 IS ET GENTIUM,  
 CIVILIS, FEUDALIS  
 ANONICI,  
 SATURNI  
 NTEMERIDIANIS  
 CIPIENDAM  
 EGIO JCTORUM  
 MOS AC NOBILISSIMOS  
 CULTORES  
 AR EST, HUMANITATE  
 INVITAT  
 IUS MENCKE, P.P.  
 E PROVINC. ET FACULTAT.  
 LIPSIENS. ASSESSOR.  
 LITERIS IMMANUELIS TITII.

